

reque illi, in tali eventu dicendam esse falsitatem seu mendacium pro salvanda hominis vita, & anima sui, nullo modo peccat, quia sequitur regulam conscientiae suae. In talibus enim circumstantiis dari posse ignorantiam invincibilem malitiae talis mendacii in aliquo homine, concedere videtur Raymundus. Licet enim mendacii absolute accepti nulla detur ignorantia innocens; nihilominus, quando mendacium talibus gravissimis circumstantiis implicatur, videlicet cum profertur pro salvanda hominis anima, vitaeque simul; non est adeo evidens, neminem posse invincibiliter reputare licitum mendacium. Perpendenda sunt illa ultima Raymundi verba: *Quia hic non mentietur, id est non ibit contra mentem*. Mentem hic sumit Raymundus pro conscientia, ut animadvertit etiam Ioannes de Friburgo in commentariis ad hunc locum. Quando ergo dicitur, *Mentiri est contra mentem ire*, hic mens sumitur pro conscientia, seu notitia in mente extante: cui notitia & cognitio mendacium formaliter acceptum advertebatur. Ceterum, si conscientia iudicet, dicendum esse mendacium pro hominis vita; tunc mendacium illud non erit contra mentem, sumptam pro conscientia; licet contra mentem, acceptam pro conscientia, qua in mente reperitur. Illud autem mendacium est contra mentem acceptam tum pro scientia, tum pro conscientia, quod, non animo occidendi veritatem, sed libidine fallendi fit, inquit Augustinus Lib. de mend. c. xiv. *Quarum, quod fit sola mentiendi, fallendique libidine, quod merum mendacium est... Sextum genus, quod & nulli obest, & prodest alicui; velut si quisquam pecuniam alicuius iniuste tollendam, sciens ubi sit, negare se mentiatum, quomodoque interrogante, Spiritum, quod nulli obest, & prodest alicui; velut si velens hominem ad mortem questum prodere, mentiare, non solum iustum, atque innocens, sed & reum, quia christiane disciplina sit, ut neque de cuiusquam correctione desperetur, neque cuiquam penitenti aditus intercludatur. De quibus duobus generibus, quae solent habere magnam controversiam, satis tractavimus; & quod nobis placeret, ostendimus, ut*

superiendis incommutatibus, quae honeste, & fortiter tolerantur, haec quoque genera delectantur a fratribus, & fidelibus, & variabilibus viris, ac feminis. Augustinus ergo dicit, fortis, fidelesque viros reque pro hominis salute, sive temporali, sive aeterna, mentiri unquam debere. Raymundus vero asserit, quod si homo reperitur tam imbecillis, cui eius conscientia fudeat, in hac difficillima controversia licitum esse proferre mendacium, tunc non peccabit, nec mentire libidine fallendi, nec ibit contra mentem, id est conscientiam. Haec est germana Raymundi mens.

VIII. Obiicias 4. Annibaldus in III. Sent. dist. XII. art. 3. ad 2. ait: *Dicendum, quod mendacem orationem proferre potuit (Christus) materialiter; non tamen significatice, & ideo mendax esse non potuit*. Ut responsio haec intelligatur, referenda est obiectio. *Si dixerit quod non nocet &c. Ioan. VIII. Sed sic dicere potuit. Ergo mendax esse potuit. Clare nunc colligitur, Annibaldum non aliud docere, nisi quod Christus potuit narrare mendacem locutionem Iudaeorum, seu proferre mendacium materialiter, non significative, seu affirmanter; eo modo quo nos cum Plalmista canimus: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus*; quae sane verba materialiter seu historice a nobis enuntiantur. Id clarus evadet, si integer evangelicus textus, quem in obiectioe Auctor indicat, transcribatur. *Et si dixerit, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius servo*. Nonne hinc evidentiissime patet, historice tantum, seu materialiter protulisse Christum praefata verba, *si dixerit &c.*? Petro aliud longe diversum est adhibere verba ad exprimendos proprios conceptus materialiter, seu spoliata omni significatione; quod abique mendacio fieri nequit. In primo casu, qui illa profert, non iis utitur, ut suos conceptus premet, sed ut aliena sentia narret. Qui vero verba usurpat, ut sua secreta aliis communicet, iam ordinem pervertit naturae, sicuti suo loco probavimus, nisi ut signa representantia sensus internos illa adhiberet.*

MONITUM IN SEQUEMTEM APPENDICEM.

QUE Dissertationi secunda Libri tertii in Decalogum Auctor nescienda conscripserat, omiserat tamen, proptereaque in ceteris praecedentibus editionibus huius Operis desiderabantur, nunc e tenebris eruta publici iuris facienda cenlui. Cum post absolutam eiusmodi Dissertationis impressionem tantummodo praesto fuerint, haec ad Tomi calcem retere coacti sum. Si cui dubium de illius Appendicis authentia suboriretur, nec est illi conformiter, tanquam ex propriis velis lineamentis hominem; P. Danielelem Conciniam recognosceret, in Bibliotheca SS. Ioannis & Pauli Venetiarum assertivum autographum consulendi libera esto facultas.

DE RITIBUS SINENSIBUS, ET MALABARICIS

APPENDIX

Ad Dissertationem II. Libri III. in Decalogum post caput II. referenda, in qua varia capita distributa.

CAPUT I.

Superfluo Sinensium Rituum. Sedes Apostolica in eisdem Decreta, & Constitutiones.

INstitutum proderem mentem, si dum de superstitione sermonem habeo, Sinensium Rituum superstitionem, quae ad nos & amplius seculo uberem disputandi atque in utramque decertandi partem, materiam dedit, silentio premerem. Princeps distidi occasio, cultus Confucio tributus. Celebris si fuit Philosophus ante Christum natum secula circiter quinque. Illum nobis refert P. le Comte fere tamquam evangelicae disciplinae Doctorem, omnium naturae virtutum ornameto refulgentem. Tempia eidem ergunt Sinenses, & sacrificia libant. In Aequinoctio Veris, & Autumni pilos, & sanguinem porci offerunt; victimas immolant, infantem adolent; vini calicem in honoremque paleis fictum effundunt, pannum sericum, nummosque papiragos incendunt. Literati omnes gradibus insigniti in sacrum Confucii Templum accensis cereis ingrediuntur, quater genua flectunt, fronte terram percutiunt, prostrati Confucii spiritum adorant. Mandarinis sacerdotio funguntur. Progenitoribus mortuis templa construnt Sinenses; tabellas appendunt inscriptas his litteris: *Sedes, aut Thronus animae vel Spiritus N. N. Vere, & Autumnio insitutum solemniter*; patresfamilias sacerdotes agunt: porcum, & capram

maquant; effuso in aurem vino victimas probant; libant fructus, & legumina. Haec dubio procul sunt sacrificia quae progenitoribus mortuis offerunt Sinenses. Insuper Confucio in sacris aedibus illi dicatis tabellas appendunt inscriptas aureis litteris: *Sedes animae sanctissimi, & superexcellentiissimi Confucii*. De hac controversia docte de more, & praestita sibi brevitate, prout sui instituti ratio postulat, scripsit nuper Cl. P. Magister Laurentius Berti Angelicae Bibliothecae Praefectus in quarto lux Theologiae Tomo Lib. XXIII. cap. XIV. Anno MDCCXLII quo hinc Tonium in lucem Romae eadit, nondum emanaverat celeberrima Constitutio *Ex quo singulari*, quae, supremo afflante Numine, controversiae gravissime finem tandem imposuit. Quare prudenter ille disputationem insitutum, & definitam a S. Sede doctrinam sapienter in antecessum prognovavit. Imprudens ipse forem, si existimant litteris resistentem, sententiamque extra disputationis aeam constitutam in discrimen adducerent. Quid ergo praestabo? Missa quatuordecim contentione, paucis perstringam quae in carta apostolica Constitutione habentur. Si integro & amplius seculo disputatum est, non expediet una hora declarare sententiam quam Romana Sedes tandem aliquando rogavit? Sed quod potissimum me ad scribendum hoc de argumento adegerit, studium fuit vindicandae Pontificae Constitutionis *Omnium sollicitudinum* ad auidacissima calumniam referentissima scriptioe idiomate Gallico typis

edita. Et ob eam quæ Ritus Sineses inter & Malabaricos connexio intercedit, primum Confutrationem adversus cultus Sineses, tum Confutrationem adversus Ritus Malabaricos exponam.

II. Et ut a prima initium repetam, Dominicani omnium primi ad Sinas Christum nomine intrere. Anno quippe 1546. P. Gaspar De la Croce Lusitanus Eboracensis, cum duodecim filii Prædicatorum Ordinis camillitonicus Sinesem penetravit Imperium. P. Martinus Rada Augustinianus anno 1575. eodem concessit. Anno 1581. P. Matthias Ricci cum alii S. I. Sacerdotibus oras attingit Sineses. Scriptores Societatis invident Dominicanis, sibi que adsciscunt hunc primum apud Sineses adventum. Verum, hæc similitate, quam fœcci facio, sœpta, ut primum Dominicani, Franciscani, Augustiniani, & Iesuitæ simul vastissimam illam vineam excolere cœperunt, perpetuum inter eosdem imper eorumdem cultum religionis bellum exarbit. Superstitione pollutos cultus Dominicanos, Franciscanos, Augustinianos, civiles honestosque propugnabant Iesuitæ. Pater *Ioannes Baptista Morales* Dominicanus, & P. *Antonius a Sancta Maria* Franciscanus ambo Sinesis idiomatis valde periti, rituum, & ceremoniarum libris inspectis, & sacrificiis que sacerdotum tum Confucio, tum parentibus, avis, proavique litant, serio consideratis, idololatriæ labem eadem asperâ iudicant. Quare ab eorumdem sacrificiis, ceremoniisque arebant omnes qui Religionis christiæ nomen dabant. Ut hoc ipsum profestaret P. Franciscus Hurtado Societatis Iesu Proprovincialis, summo studio curavit P. Ioannes Baptista Morales Ord. Præd. Sed nihil profecit, idcirco Manillam Philippinarum Insulam caput scripsit anno 1635. Iamque Dominicanorum Provinciam exorire cum Iesuitis controversie certiorum reddidit. Provincialis his litteris acceptis, Archiepiscopus Manillensem D. Hernandez *Quero*, & Episcopus *Lebusensem* consuluit. Controversiam deferendam Pontifici Summo deliberant Antistes, ipsique ab Urbanum VIII. litteras dedere. Anno 1637. Dominicani, & Franciscani Missionarii crudelissimam passi sunt persecutionem ab Sinesis Imperatore, quod illa improbarent sacrificia, Confucio, & parentibus denatis oblata, quæ licita pieque adprobant Iesuitæ Missionarii. Post dira tormenta in exilium acti Dominicani a Sinesis Imperio recessere, aliis occulte ibidem degentibus. Macaum petit P. Ioannes

Baptista Morales anno 1639. Articulus 12. super hæc controversia P. Manuelli Diaz Iesularum Visitationis expendens proposuit, ut fœdatis partium studiis publicè diffidit, difficultates omnes reciproca amicitia federe dirimerentur. Tempus quaerit, moraque necit P. Diaz, respondeatque se scripturam fore ad P. Hurtadum Provinciacem Sinesis Missionis, ut ex eiusdem responsis quid sit decernendum colligere valeat. Medium exemplum iam seculum erat a tempore quo Iesuitæ Sinas ingressi erant; & nondum deliberraverant essent ne superstitioni, an honesti præfati cultus? Integrum annum responsum expectavit P. Morales. Et cum experimento didicisset, se omnia frustra tentasse, ad diffidat componenda Romam concessit circiter annum 1642. suosque articulos continentes ritus, ceremonias, tabellas, templa, & sacrificia, quæ supra indicavimus, sacro Purpuratorum Patrum Collegio expendens proposuit. Anno 1645. Eminentiſſimi Patres ad eiusdem quaestio responda dedere, publico decreto tamquam illicitos & superstitione contaminatos improbarunt Sinesium cultus ab eodem P. Morales expositos. Ad Sinas vestigia relegit P. Morales, ibidemque Romanæ Sedis diploma publicavit. Iſſus decreti fama Societatis Missionarii commoti Romanam adire Sedem deliberant, Oratorumque destinant P. Martinum Martinez. Is peculiariter articulos Sacre Congregationis expoliat, decretumque obtinuit anno 1656. quo ritus illi Sineses prout ab eodem præfatu civiviles dumtaxat decernuntur. Hæc duo opposita decreta, litium, diffidiorumque occasio. Iesuitæ Dominicanos, & Dominicani Iesuitas acculabant, quod cultus Sineses minus sincere Romane Sedi fuerint expositi. Innumera prodire factis ex utraque parte, & quisque sibi adicebat victoriam. Dominicanorum Navarrete & Varo; Iesuitarum Bartoli & le Tellier narantur omnes pro domo sua pugnant. Aqua parte veritas, & tandem victoria steterit, ipse ne pronuntiaverim? Id si prælarum, partium studio adductum me id agere iudicant plurimi. Si historias P. Bartoli & P. Le Tellier hæc de controversia legentis, Dominicanos causa deſectos: P. Ioannem Baptistam Morales, Navarretam, Varum, ceteroque Ord. Præd. apud Sinas evangelicos Operarios illius Nationis lingue imperitos, ignaros, fallaque rituum Sinesium expositionis Romane Sedi factæ res passim comperies. Incredibili arte, exquisito studio

dio Scriptores isti, potissimum P. Le Tellier, omnia miscere, & quadra rotundis vertunt ut decretum obreptum anno 1645. a P. Morales adversus Sineses, quos initio descriptis, cultus abrogatum ostendat decreto emanato anno 1656. curante P. Martinez.

III. Quinam re ipsa scopum attingerint, quinam Romane Sedi sinceritate summa sacrificia oblata Confucio, & defunctis progenitoribus expulerint, quinam contra, aut pro superstitione pugnaverint, Dominicane, an Iesuitæ, non alunde sane quam ex Romanæ Sedis decretis, quæ integro seculo prodierunt, colligere, & certo definire possumus. Bello itaque inter evangelicos utriusque Institutii Operarios fervente, contententibus Iesuitis, decretum emanatum anni 1656. abrogasse decretum vulgatum anno 1645. P. Ioannes Polanco Dominicanus Romanæ, & Pontificem Summum Clementem XI. novæ exortæ litis certiorum fecit, libellumque supplicem porrexit Congregationi Sac. Inquisitionis, in quo petit antiquatum ne esset decretum anni 1645. Interrogationi factæ hoc fuit responsum datum anno 1669. Eminentiſſimi Patres declarant, decretum Sacre Congregationis de propaganda Fide datum sub die 12. Septembris anni 1645. secundum tum explicita in dubiis esse in suo valore: tumque per decretum Sacre Congregationis S. Officii sub die 23. Martii anno 1656. fuisse circumscriptum, sed omnino secundum quaestio, circumstantias, & omnia in dictis dubiis expressa, esse servandum, ut iacet; quemadmodum servandum declaravit decretum Sacre Congregationis S. Officii, ut supra die 23. Martii anni 1656. iuxta quaestio, circumstantias, & omnia in eis expressa.

IV. Peripicue heinc apparet P. Martinum Iesuitam alto occultate silentio, a Sinesibus sacras Confucio erigi ædes, tabellas appendi, in aquinoſtali Veris, & Autumni ostendi pilos, & sanguinem porci, mactari victimas, adolere thuram, & cetera que supra indicavimus. Itaque P. Martinez Romana Sedi proposuit ritus, & ceremonias revera civiles, cultibus superstitionis exquilita arte neglectis. Transcribenda huc essent ipsa quaestio ab hoc P. Missionario proposita S. Sedi, nisi factum quod innui, compertum esset: idque ex his que dicturi sumus, evidens omnino fiet. Nec enim omnes Sinesis populi ritus, ceremoniasque erga defunctos, Confuciumque superstitionem redolent. Quare hos tantum ritus, quos expositum anno 1656. P. Martinus Martinez,

probaverat Romane Sedes, probaverant Dominicani. At neque post declarationem Clementis IX. qua confirmatum est decretum anni 1645. adversus sacrificia, Missionarii Confucio, mortuorum parentibus oblata Confucio, & schismata. Romane Sedes Vicarium Apolliticum declaravit D. Carolum Maingrotum ut Operarios evangelicos unum componeret, litibulicæ finem adiceret. Is anno 1692. decretum edidit, quo cultum Confucio, & progenitoribus exhibitum, tabellacque his appenas prohibuit. Verum & huic Vicarii Apollitici decreto parere detrectarunt Confucianorum rituum defensores. Reperitur quærelæ ad Summum Pontificem Innocentium XII. defersantur. Is demum in examine controversiam vocat. Litteras ad sumum Apolliticum Vicarium D. Maingrot dat anno 1697. quibus eiusdem in propagando sincero christiæ Religiosis cultu zelum, studium, laboremque commendat: animos factum ut superatis gravissimis difficultatibus, molestiis, & angustias, Dei promovere gloria pergat. At sic Deo permittentem, quo impensius Romane Sedes extirpare idololatriæ cultus fatagebat, eo altius in dies roborebant schismata; & vinea Domini maxime manum patiebatur detrimentum. Quare Clemens XI. iterum proscriptos declarat Sineses ritus: & Carolum Thomam De Tournon Patriarcham Antiochenum Sedis Apollitice Legatum insinuat, illicque ad componendam diffidam mittit. Summus hic vir Iesuitæ summo perpe additus, non tam sacra purpure, quam omnium virtutum ornameto illustris Pudicerii die xxxii. Iunii anno 1704. decreto solemini plurimos Sinesium superstitionis cultus proscriptis, improbitque. At frustra. Non modo nequivit, licet auctoritate, Legati apollitici ornatus, in ordinem redigere, fuisse sanctionibus submittere propagatores rituum, quos ut superstitionis damnavit, verum ipse suorum quos nactus adversarios est, potellati fucubit, quam subierit mortem, eiusdem acta publici iuris facta declarat. Clemens tamen XI. eiusdem decretum confirmavit anno 1710. atque Ioannem Lusitanie Regem literis efficacissimis sollicitavit ut eiusdem executionem curaret. Accepto autem Amplissimi Cardinalis mortis nuntio, ad Archiepiscopus Manille literas doloris plenissimas dedit Pontifex Summus. Romæ vero Sacro Purpuratorum.

torum Collegio coram se adicio in eisdem laudes sermonem habuit. Præ aliis hæc illi paxit encomia. *Amisimus, Venerabiles Fratres, amisimus Orthodoxæ Religionis zelatorum maximus: Pontificis auctoritatis interpidum Defensorem: Ecclesiastica Disciplina assertorem fortissimum: magnam Ordinis Vestri lumen & ornamentum. Amisimus Filius Nostrum, Fratrem Vestrum, plurimis, quos pro Christi causa suscepit, laboribus attritum: diuturnis quas perculit, ærumnis confectum; contentum, innumeris velis aurum in furnace probatum.* Hæc, & peiora pati congebantur ii qui aperta fronte Confucianus cultus oppugnabant. Confirmato apostolice Sedis auctoritate invictissimi Cardinalis decreto, quid tum? **Errore facti deceptum apostolicum Legatum, innocens Sinenfium consuetudines tanquam idololatriæ labe asperas prohibuisse, inlancantium cultum defensores: quemadmodum errore facti deceptos aserebant PP. Morales, Varum, Navaretam, ceteroque Missionarios Dominicanos præfatorum rituum acerrimos insectatores.** Porro confirmasse Pontificem Summum sui Legati decretum subdunt, positione facta quod si reuera a deceptione facti immunis, explorete in Sinenfium cultus sententiam dixerit. At deceptum Legatum contendent. In nihilum ergo occidit Pontificia Confirmatio.

V. Deceptum Legatum probare contendunt, quod licet ritus illi absolute speciem superstitiosis præferant; tamen, ipsæ facta & eorumdem institutione, & Sinenfium populi intentione, civiles omnino sunt. Mactant utique in æquinoctio, in plenilunio Sinenfies in templis Confucio dicatis victimas, sanguinem porcorum fundunt, immolant capras, adolent thiamamata. De factis hoc penes omnes convenit, nullaque super eodem inter adversantes partes contentio. Factum aliud pugnant defensoribus cultuum occasio fuit. Disputabant illi acriter, num scilicet iuxta intentionem institutionemque Sinenfium præfata sacrificia, & ceremoniæ civilia ne, an superstitiosa dicenda forent? Verum factum illud, tanquam a controversia extraneum, semper relictum fuit. Sacrificia præfata in æquinoctio oblata Confucio, hæc pendunt vel ab institutione, vel ab intentione offerentium quod sint superstitiosa: alioquin nullum esset sacrificium ab Ethnicis oblatum idolis quod non essent Catholicis bona intentione peragere. Sacrificia que ethnici Sinenfies Cælo, Terræ, fluminibus,

aliisque confectis Numinibus litant, non ne ipsissima sunt ac illa que offerunt Confucio, sola intentionis, institutionisque divergent? De hoc ergo factis institutionis atque intentionis, qua Sinenfies præfata sacrificia in æquinoctio, & in Plenilunio offerunt Confucio, mortuique Progenitoribus, nec Legatus De Tournon, nec Sedes Apostolica inquisivit unquam: quoniam ritus facti notitia, que difficillime haberi potest, opus minime est ut desinat, sint ne eulmodi sacrificia natura sua idololatriæ purgite infecta. Et hoc est quod admirabant Dominici, Francicani, Augustiniani. Hoc quod confirmatur Innocentius X. Clemens IX. D. Maingrot, Eminentissimus De Tournon, Clemens XI. Ceremoniæ, quas Alexander VII. a P. Martinez expositas probavit, erant toto cæco diverfa, ut ex quaestis eisdem P. Martinez evidenter liquet.

VI. Quamquam tot Sedes Apostolice decretis superstitiosa declarata eisdemodi sacrificia fuerint, nihilo fecius adhuc ea propugnare ut civilia pergebat adversarii. Quare Clemens XI. anno 1715. solemnem edidit Constitutionem *EX ILLA DIE*, qua Sinenfies cultus iterum atque iterum damnavit, formulamque iuramenti præscripsit, quo omnes Missionarii Pontificie Constitutionis observationem spondere obstringantur. Desinit Pontifex Summus, se se tandem controversiæ que ab anno circiter 1642. Sedes Apostolicam sollicitavit, vexavit, torquere, finem imposuisse. Ordinem Generalibus præcipit, ut suos respective subditos ad eisdemodi Constitutionis observantiam cogant. Porro quis unquam inducere in animum potuisset ut crederet, reperendis Catholicis fore qui tam solemni Apostolice Sedis dogmaticæ Constitutioni refragari essent? Et tamen eventus non paucos patefecit qui putabant probabiliter se posse observantiam Constitutionis apostolice declinare. Atque ut suam ab obedientia præstanda exemptionem honestarent, libellis, scriptis, epistolis, animadversionibus universam plene impleverunt Europam. Expectatæ forsitan in retractarios Vaticanam anathemata. Sed salteris. Novum apostolicum Visitatorem cum facultate Legati de latere ad Sinas misit Romana Sedes Carolum Ambrosium Mediolanensem Patriarcham Alexandrinum anno 1720. Ut oras illas attingit Legatus, ad extremas se redactum angustias, vitæque custulendum intellexit. Neque alia via ultima evadere fata

se posse exilimavit, nisi edita Pastoralis, in qua plura permittere coactus fuit que christianæ Religionis puritati minime congruebant. **INNOCENTIUS XIII.** invicte fortitudinis, peccatorique apostolice Pontifex tam obfirmate reluctantis perterritus reddundantis Apostolice Sedis erga subditos hætenus adhibite clementiæ, quidquam immiscere penarum opportunum duxit. Quapropter recipiendum ad professionem juvenum interdictio facultatem suspendit Rituum Sinenfium: propugnatoribus, usquequod obedientiam, quam singulari voto Sedi Apostolicæ spondent, executionis opere comprobaverint. Defuncto Innocentio XIII. Benedictus XIII. ex Prædicatorum Ordine assumptus Prædecessoris interdictum sustulit. Decretum tamen Cardinalis De Tournon adversus dictos cultus Sinenfies confirmavit.

VII. Novæ ad **CLEMENTEM XII.** Pontificem maximum **BENEDICTI** successorem delatæ querelæ. Ex Sinis Romam Missionarii petunt, & præfato Clementi XII. exponunt, vincula, carceres, catenas quas pertere in Sinis coguntur ii qui **CLEMENTIS XI.** Constitutionem *Ex illa die* aut promulgant, aut eidem parere sibi religioni ducunt. Hæc cum audisset Pontifex Summus, continuo duos Episcopi Pekinenses Epistolas pastorales irritas declaravit, pluraque animo conceperat, que maturare hæc potuit, morte preventus.

VIII. Verum enimvero tantum Religionis negotium penitus dirimendum, definiendumque maximo Pontifici **BENEDICTO XIV.** divina reservavit Providentia. Tam sapienti quippe, eruditoque Pontifice opus erat ut controversiæ integritate secularium finis imponeretur. Anno 1642. P. Ioannes Baptista Morales Dominicanus et Sinis Romam petiit: nullumque non movit lapidem, ut superstitio Confuciana, & tabellæque mortuorum progenitoribus appende præferberentur. Anno vero 1742. Pontifex Summus **BENEDICTUS XIV.** solemnem edidit Constitutionem, qua decretum quod curante Præfato P. Morales emanavit Romæ ex Congregatione de Propaganda Fide anno 1645. adversus Confucianus cultus confirmavit, & controversiam exhaustit, atque omnem cavillandi anam penitus sustulit.

IX. Hæc est gravissima atque molestissima controversiæ origo, progressus, & finis.

Porro ne cuiquam in mentem veniat, me in hoc adhibendo schemate partium ludio vel tantillum indulisse, mea summoque interet lectores admonere meos, hæc que hic curim, obiterque dominici, collegisse notandum? Ex Historicis Dominicanis, Jesuitis, Franciscanis, Augustinianis? Ex actis Cardinalis de Tournon, Mediolanensis, Maingrot? Ex immensa librorum multitudine ex utraque parte evulgata? Minime gentium. Undenam ergo? Non fane aliunde quam ex ipsa solemni, auro cedente digna Constitutione *Ex quo singulari BENEDICTI XIV.* quam oculis omnium sobiesciant, cordique infixam percipio. * Non est quod mihi laudi verum, innumera alto præteritis silentio odii, invidiæ plenissima, sine que ad impediendum, etudendum, probatrandum iudicium, etudendum, apripiendum, vexandoque pertinet: quoniam nec instituti mei ratio, nec peculiaris rationum momenta historiam me istius celeberrimæ causæ scribere iuvat. Prima delibavi lineamenta, cautione, modestiæque summa.

X. Quod autem ex sola Pontificæ Constitutione pauca, que hæc de causâ scripti, hauriam, eisdem Constitutionis lectione exploratum fiet. Et itaque universæ Pontificæ Constitutionis speciem paucis delineatum.

XI. *Num. II.* persipiente asseruit, diffidius occasionem dedisse eos Missionarios qui cultus Confucio & progenitoribus defensus a Sinenfibus exhibitus tanquam civilis honestoque propagabant.

Num. III. narratur, Missionarios qui præfatos cultus superstitiosos aserebant, causâ ad Sanctæ Sedis Tribunal delata, decretum assequutos esse, quo eisdemodi cultus prescripti sunt.

Num. IV. Alia quæstia indicantur a P. Martino Martinez propolita Romane Sedi, quæque anno 1656. probata fuere utpote omnino diverfa ab his de quibus lis erat, ut supra dictum est.

Num. V. Tertius exhibetur ad Sanctam Sedem reclusus, & confirmatio decreti anni 1645.

Num. VI. Ex relatis decretis non sedata, sed aucta diffidia indicantur, quorum certior factus Innocentius XII. nihil intentatum reliquit quo item abolveret.

* *Integram legis Tom. I. Apparatus inter pontificas constitutiones cap. xvi.*

Num. VII. E vivis sublato Innocentio, Clemens XI. anno 1704, auditis utriusque partis rationibus, denno damnavit Sinenfes ritus, tamquam fuperfitione imbutos, mandavitque Legato fuo De Tournon ut decretum Sedis Apoftolicæ contra idololatriam Sinenfium obfervationem promoveret.

Num. VIII. Cardinalem De Tournon Romanæ Sedis decifionem, decreto adiecto, promulgaffe affirmatur.

Num. IX. Qui Confucianus ritus ut politici civileque propugnabant, inanibus effugiis pontificiæ legis obfervantiam eludere tentabant. Decretum, quo Clemens XI. anno 1710. confirmavit tam refponfa a fe data anno 1704. quam decretum Cardinalis de Tournon, integrum reſcribitur.

Num. X. Ob oculos Conſtitutio pontificia exhibet firmitatem Confucianæ conſuetudinis propugnatorum, qui neque hinc ultimo patuerunt decreto. Sed notanda eſt benigniffima phraſis qua id ſignificatur. *At vero nec decretum huiusmodi ad difficiles animos ſubſcientibus valet.*

Num. XI. Integra Conſtitutio *Ex illa die* ab eodem Clemente XI. anno 1715. edita reſcribitur.

Num. XII. Denno etiam poſt latam adeo ſolemennem Conſtitutionem in ſcenam reduci propugnatorum Sinenfium cultum inobedientia, cavillandique ſtudium. Verum, ne lectores ceſſura acquiſſima in refractarios lata, aniam carpendi, aut denigrandi ipſam inclytam Societatem Ieſu arripiant, opera pretium nos facturos exiſtimamus in memoriam revocare, quod in ſingulari ſere Operibus noſtris, prout occaſo tulit, innuimus, quamlibet nempe Religionem, quantumvis ſanctiſſimam, ſuos habere ſcſos, ut Auguſtinus teſtatur. Numquid univerſa Ieſu Societas adeo de litteraria Republica, de Eccleſia benemerita, ob quorundam Miſſionariorum qui partibus P. Martineæ, nimirum addiſci, integro ſæculo ſucceſſores habuere, deceptionem, nimiramque in interpretandis, eludendiſque apoſtolicæ Sedis decretis firmitudinem, detrimentum aliquod lubire debet? Si iuxta commune axioma *frater non portat iniquitatem fratris*; numquid tot Ieſuite ſcientia, probitate, prudentia præſtantiffimi, de ſalutis animarum zelo ferventiſſimi ex quorundam Sociorum erroribus minus ſuſcipiendi, minus exiſtimandi erant? Apæge inſulla commenta. Quemadmodum ſub magno Societatis ſplendore occultari haud debent privatorum errores; ita neque inclyta

Societatis lumen offuſcari debet ex aliquorum Sociorum mbeculis. Itaque pontificia cæſura, qua ſub hoc *Num. XII.* habetur, in privatos refractarios, minime vero in ipſam Ieſuitarum Communitatem lata eſt. Supra *Num. X.* miſiſſima illos exceptit correctiōne Pontifex Summus, dum eos *difficiles animos* appellavit. Nunc vero, quod tot decretis, & conſtitutionibus repugnaverint, tamquam inobedientes, captivoſque perſtringit dictos Sinenſis Miſſionis operarios. Noli ergo in univerſam Societatem detorqueere que ſervatur Conſtitutionis verba, adverſus Ieſuitas tantum, ut dixi, prolata. *Per Conſtitutionem apoſtolicam adeo ſolemennem, qua Clemens Papa XI. ſe hinc controverſa ſinem diſſiſſe teſtatur, inſum & æquum videbatur eos qui Sanctæ Sedis auctoritatem ſe ſe quam maxime revereri proſequebantur, & obſequenti animo illius iudicio ſemel omnino ſubiſcere, nec ulterius quidem cavillari. Nihilominus inobedientes & captivi Sinenſes exactam eidem Conſtitutioni obſervantiam ſe eſſigere poſſe putarunt, ea ratione quæ illa præcepti titulum præfert, quaſi vero non indiſſolubilis legis, ſed præcepti mere eccleſiaſtici vim haberet.*

Num. XIII. Clementina Conſtitutio roboratur, & prout opus eſt, eidem maior firmitas adiciitur.

Num. XIV. Inducuntur reſponfa qua duo viri dedere ad quaſta quædam illdem facta, & qua ad Patriarcham Alexandrinum tranſmiſſa fuerant.

Num. XV. Auguſtini coactum Patriarcham Alexandrinum octo conceſſiſſe permiſſiones Apoſtolicæ Sedis doctrinæ minus congruas, perhibetur.

Num. XVI. Integra Paſtoralis Patriarchæ Alexandrini octo permiſſionibus inſerſis reſcribitur.

Num. XVII. Ab hac paſtorali Epiftoſa recellitur Patriarcham Alexandrinum putandum eſſe dicitur, ſi *libertas ſibi data eſſet rem diſcutiendi cum Epifcopis, aliſque doctis viris, qui nihil aliud quam chriſtiani cultus puritatem, & apoſtolicæ Conſtitutionis obſervantiam ante oculos haberent.* Ita enim ab iſis qui cultus Confucianus tamquam politicus defendebat, circumdatus vallatule erat Patriarcha Alexandrinus, ut nequiret viros vere chriſtiani cultus zelo ardentem conſulere.

Num. XVIII. Exhibetur apoſtolicum Breve, quo Clemens Papa XII. anno 1735. binas epiftoſas Epifcopi Pekinienſis Confucianis ritibus faventes damnavit.

Num.

Num. XIX. Maturum deſcribitur examen quod idem Clemens XII. inſtituit ſuper permiſſionibus Patriarchæ Alexandrini, quas morte præventus damnare non valuit.

Num. XX. BENEDICTUS XIV. præſtat permiſſiones tamquam Apoſtolicæ Conſtitutioni *Ex illa die* repugnantes proſcribit, revocat, abrogat.

Num. XXI. Clauſula Conſtitutionis Clementinæ, *Ex illa die*, explicatur.

Num. XXII. Præcipit Pontifex Summus exactam illius ſæpe Conſtitutionis obſervantiam, penamque inſigit in tranſgreſſores.

Num. XXIII. Formulæ præſcriptæ a Clemente Papa XI. iuramenti præſtandi a Miſſionariis plura adduntur.

Num. XXIV. Conſtitit Pontifex Summus, inanem ſublatum iri timorem cordibus illorum qui exiſtunt per exactam pontificiorum decretorum obſervantiam retardari inſidelium converſionem debere; ac ſi fides evangelicæ politice rationibus, non chriſtiana ſimplicitate, & civili prudentia, que mundi ſapientiam conſtat, propaganda foret.

XII. Hac eſt ſynopſis celeberrimæ Conſtitutionis, qua tandem ſublatis cavillis, eſugis, atque circutionibus BENEDICTUS XIV. Pontifex doctiſſimus contraverſe per integrum & amplius ſæculum diſcuſſe ſinem impoſuit, toto plaudente catholico Orbe. Ex nuda illius apoſtolicæ Conſtitutionis relatione planum compertumque eſt, me nihil aliud hoc in capite narraſſe quam aut que in ipſa Conſtitutione conceptis verbis habentur, aut que inde legitime colliguntur. Plurima ſane promere in medium ſolentem que cauſam, cuiusque hitoriariſ illuſtrarent, ſed eadem prætere expediens duxi, tum quod plenior litis illius narratio inſtituto meo haud eſt neceſſaria, tum ne illorum animos offenderem ſi ſibi me inſentium fomiantur. Et ſane nullus dubito quin æqui rerum æſtimatores probaturi tantam rationem ſint. Enim vero poteram ne aut preſſius brevitate, aut cautius maiori que modestia rem agere? Si que me tacuiſſe ipſe ſcio, ceteri perſpecta haberent, tum me omnia amicitia officia ſervaffe inclamarent. Infra ne cancellos iſtos ſe continuiſſent adverſarii victoriam aſſequuti? Audiſſes proſecto clientum vociferare turbas, Scholas, Academiæ, Colleſia, pulpita ipſa, cælum, terramque triumphorum reſonare clamoribus. Nobis vero nec hilicere; immo ſtenda proſeſus omnia erant? Diſputatur ex inſtituto de ſuperſtitione: & que contra ſuperſtitionem

e Petri cathedra prodire Oraacula literis conſignata alto abſcondenda ſilentio erant? Integrum dimidium ſere ſæculum pro intaminato chriſtiane Religionis cultu adverſus Conſucianam idololatriam pugnavit inſtructa conſtantia Dominici. Vincula, carceres, ludibria, mortem ipſam paſſi ſunt pro veritate dimitentes. Tandem poſt tot diſcrimina rerum, poſt tot fluctus, & tempeſtates veritatem ab illis flare apoſtolicæ Sedes deſignavit Conſtitutione ſolemni. Et omnia hæc ſub tenebrarum caligine ſepelienda, repetuæque oblivioni conſignanda erant? Quis ſane mentis hæc poſulare, aut contendere iure poterit? Et tamen hæc omnia ulro donaffem adverſariis. Alius eminet ſcriptionum noſtrarum meta, ſcopus, finiſque. Reteranda Petri oraacula, patetadente leges, decreta, ſanctioſque Romanæ Sedis erant. Indeſſeſta tot Summorum Pontificum, Cardinalium, Prælatorum, Theologorumque ſollicitudo, labor, ſtudium pro divini cultus puritate cultuſtudienda ob oculos exhibenda occurrerant. Admonendi fideles, in tuto collocatum eſt Religionis negotium, imbuendique erant quod probare, quod reſicere in hæc de Confucianæ ſuperſitionis cauſa aut ſimili que exoriri poſſit, debeant. Huc pertinent que hoc in capite perſtrinximus. Quam oportune, quam caute id egerimus, aliorum eſto iudicium.

CHRISTIANA MEDITATIO

In reſcriptam Pontificiam Conſtitutionem.

Quoniam ut mentem tuam, amice lector, illuſtrarem, animamque tuam divinis ſenſibus aſſicerem, me hæc, ceteraque omnia ſcribere teſtatus ſum, paucis te cominus urgendum duxi. Oculos nos in Romani Pontificis eſſata conſicias velim. Sero meditare religioſos viros totius mundi contemptores, amicos, parentibus, patriæ valedixiſſe, terræ marique pericula, incommoda paſſos, roties dicitæ mortis certamina ſuſtinuiſſe, ut ad nationes barbaras, ſeras, immanequæ Evangelium Chriſti deſerent, Crucis vexillum explicarent, animasque ex idololatriæ tenebris, eriperent, atque divine fidei luce perſuſas Deo reſtituerent. Vix ingreſſi Domini vineam agricolæ iſti, duas ſcſinduntur in partes, domeſticiſ conſtitantur diſſidiis. Quæ de cauſa? Ut collectam ſegetem in propria horrea, ut inventos theſaurus in propria ſerinia immittant, occultandique?

Ut

Ut sibi aliquid lucrēt? Ut gradus, dignitates, thronos, solia, principatus, imperia occupent? Apagae iniqua commenta. Ecur ergo? Ut facilius Christi Religionem amplificent, Christi milites tutum interitumque bellum accendant, & ut alios caelo lucrarent, in discrimen terram perendi semetipsoe committant. Indulgendum ethnicorum facilitati esse contendunt illi, cum difficultimum sit ab inveteratis moribus homines abducere. Antiqui ritus, quibus ab infantia assuevere eferat gentes, probandi. At hæc pugnant cum Christi Fide, subdant illi. Utraque ergo pars optimo ducitur sine: omnium vota animarum salutem; Deique gloriam spectant. At alterutra pars erret necessum est, nec enim plus una vera sententia esse potest. Quamnam porro vera sit, pro tribunali sedens definit Pontifex Summus, prohibitorique superstitiosus ritus. Quid tum? Pars que innocentes propugnabat cultus, sacres ne submittit Iudici supremo? Patet ne Pontifici maximo, cui singularem obedientiam vovit? Nequaquam, sed integram fere saculum modo uno, modo altero effugio Romane Sedis scripta, oracula declinare perentavit. Hic animum, mentemque sille lector optime, Quorsum præfata studia, conatus, tentamina? Ut propria negotia promoverentur? Abfit. Quo ergo? Ut fides Christi latius manet, ut ingentior animarum numerus lustrali aqua perfundatur, ut Religio christiana amplifietur, ut maior Dei gloria promoveatur. Ita ne vero? Dei gloria ne promovebitur, irato Deo? Christi fides dilatabitur ne, Christi Vicario, Romanae Sede repugnante? Quis divine prædicationis, atque evangelicæ Missionis Rector supremus? Christi Vicarius. Semel & iterum ad istius tribunal causa delata: omnia rationum momenta exponendi qua voce, qua scripto pluries concessa facultas est. Ecur ergo iteratis sessionibus denegata obedientia est? Ad maiorem Dei gloriam promovendam? Equi fieri potest ut tam diurna relatiohio solam Dei gloriam spectaverit? Et tamen isthuc spectasse omnium operatorum vota, sentire nos convenit. At quod repta pars una a veritate aberraverit, Romane Sedis definitione compertum est. An innoxius error ille fuerit, nostra ne interest perstruati? Abfit. Huc colligenda meditatio nostra est. A via ergo veritatis occidere possimus illo ipso tempore quo Deigloriam, animarumque sanctificationem nos promovere credimus? Est itaque via que nobis videtur

recta, novissima autem eius, Spiritu sancto testante, deducunt ad mortem. Veram itaque habet vel ipsi sanctissimis operibus superbiæ, animi elationem insidiant. Quantum ergo valerimus illius præficatoris, nostri scilicet amoris proprii, insidias illi, namque altissimas veteri debemus? Quanta animi demissio, quam profunda humilitate-tremendissima iudicia Dei perterritimè, simulque adoranda nobis sunt? Recogita obsequium se prætare Deo & illis credidit que Dei Filium, qui Christi discipulus patibulis suspendebant. Divitarum amor, voluptatum illecebræ, thesaurorum cupiditas, dignitatum ambitus mundanos homines faciunt, seducunt, obæcant. Religiosi viri, Operarii evangelici verisplacioribus obnoxii hostibus sunt: illorum inimici arma lucis induunt, zeli flammam emittunt: insuperant, & sensim sine sensu arcem invadunt, mentem undique versum circumdant, demerant spiritum, animamque obfirmant divine glorie agenda, lucrandarumque animarum illusioibus. Insensibilium hostes nostri intrant sunt. Et quo nos sanctiora, atque grandiora molimur facinora, eo isti astutiores, insidiat dolos, fraudelice. Sed quoniam hostium potentiam exaggerabimus? Quosque eorumdem machinationes, decipiendæ artem exaltabimus? Despondere ne animos debemus? Nequaquam; sed in timore & tremore salutem nostram operemur oportet. Hæc pauca que cursim pertrinximus, eo pertinent, ut humilitatem, sinceritatem, modestiamque in corde tuo foveant. Magna est hostium potentia; sed fortior est Christi gratia. Altissimè sunt amoris nostri insidie; sed divine lucis scintilla in ictu oculi illas dissipat. Animo itaque demisso, spiritu contrito, corde candido sincereque prostrati ante Christi thronum illius meritis & intercessionem celestia imploremus subsidia, & corruent in conspectu nostro adversarii nostri. Argumentum autem candoris, sinceritatis, humilitatisque nostræ quodnam est? Obedientia prompta superioribus nostris, obedientia exactissima Christi Vicario. Melior est enim obedientia quam victimæ, & auscultare magis quam offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere . . . Pro eo quod abiecti sermonem Domini, proicit te Dominus. I. Reg. xv. 22.

CAPUT II.

De Ritibus Malabaricis tamquam superstitione polluti a BENEDICTO XIV. ultima definitiva sententia proscripsit sua percelebris Constitutione OMNIUM SOLLICITUDINUM.

I. **T**raçant questiones temporum Doctores temporum, iniqui communitate Casuiste moderni. Cum itaque hoc ipso quo scribo tempore, advenit superstitionem alia celebris erraverit Constitutio Summi Regnantis Pontificis BENEDICTI XIV. qua damnatur Malabarica gentis idololatriæ ritus, operis præcium me facturum existimavi. Lectoris meos docere saltem prima, que illorum controversiam spectant, elementa. Et primum omnium idea Malabaricæ superstitionis adumbranda est, atque explicanda. Populi illi prave venerantur deos, quorum tres eminent: *Urem*, sive *Messio* primus; alter vocatur *Vicheoni*, tertius *Brachmæ*, aut *Bramma*, quem nature auctorem appellat.

II. Illorum nomina sacerdotum *Brachmani* nuncupantur, qui primum locum occupant, siamque originem a præfatis diis accipiunt. Exteriorum gravitatem, austeritatemque præferunt, & inferiores populos, qui *Pareas* nominantur, incredibili superbia, fastique contentumant, alpernanturque. Animarum transmigrationem in diversâ corpora admittunt. Inter cetera bruta *vaccam*, in qua possimum suos residere deos credunt, magnopere adorant. Qui eisdem carnes manducaret, inexpressibile perpetraret crimen. Exficati istius animantis stercores cineres saluberrimum remedium est, quo abolerunt delicta, animaque dignæ efficiuntur ut decorum sacrificiis intersint. Prima pubertatis signa que puella exhibet, instrumentorum sonitu publico populi aspectui perhibent *Brachmani*. Sponte figuram *Nympha Pullysey* impudicitæ, & generationis præfectoris, collo suspensam deserunt. Univerfa illa nato in varias *Cassas*, seu tribus divisa est: nobilitas nempe, & plebeias. Nobilitas illa non divitiis altius, nec laboriosis assuetis reposit; sed in tuguriis, non secus ac rustica progenies inhabitat, & vultus sidere parantur. Inter *Cassas* nobiles *Brachmani* eminent, & sacerdotio funguntur. Abfit ut *Brachmani* simul cum *Pareis* vel comedant, vel orent, vel idem ingrediantur templum. Immo se pollutos reputarent *Brachmani*, si vel digito unum *Paream* tangerent. Se quippe ex deo *Bramma* descendere *Brachmani*; *Pareas* vero veluti ex putri egrossos de superci-

lio continentur. Si operarii evangelici aliquem ex *Pareis* ad fidem Christi convertitur tangerent: si ex communi fonte aqua lustrali eum abluerent; si sacramenta administraturi illius domum ingrederentur; iam nullum in postellum cum *Brachmanis*, tametsi Christianis, commercium habere possent; immo de gradu essent dejecti.

III. Divina factum providentia est ut etiam ad hæc superstitionissimam gentem Christianæ Religionis ministri accederent. Cuiusmodi instituti, Seraphici, ac Iesuitici fuerint qui illic primum penetraverint, nostra haud interest definire. Illud certum est Franciscanos, & Iesuitas ut primum excolere vineam illam quos recensui, in oppositas super ritum quos recensui, superstitione concessisse sententias. Iesuitæ Missionarii apud Malabares nonsecus ac Iesuitæ Missionarii apud Sineses, civiles, & ab omni idololatriæ labe puros defendebant ritus Malabaricos; superstitiosos et contrario esse propugnabant Capucini.

IV. P. Robertus Nobili Iesuita anno 1606. Christianæ Religionis amplificandæ zelo vehementer succensus Madurensis Regnum adivit, & ut fertur, *Brachmanorum* ornamentis indutus. Licere sibi existimavit ille eiusmodi vestimenta, tamquam civilia insignia, quibus a plebe feceruntur castæ nobiles. Quis enim Christianorum, nedum Religiosorum, licentiam superstitionem indicavit unquam? Politicæ *Brachmanorum* a *Pareis* distinctionem, civiles ritus, honestaque quas recensimus consuetudines illius nationis reputavit novus operarius. Illas itaque factis, & voce probavit, ut Religionis catholice propagationi ampliorum viam aperiret. Fieri non posse existimavit ille, ut *Brachmani*, *Cassæque* nobiles ab inveteratis consuetudinibus recederent. Accuenda itaque mens est ut rationes explicari queat, quibus gravissimum suscipiendæ evangelicæ Religionis obstaculum auteretur. Hoc sublimi, sanctoque sine preventus P. Nobili ab omni superstitione interemerat censuit ritus illos quos illi operarii ut idololatrios detestabantur. Ad Gregorium XV. Pontificem Summum Iesuita ipse causam detulit, & iuxta expressa quæstia constitutum Pontifex edidit in qua nonnullæ permixtae sunt ceremoniæ, pluribus, que superstitionem redolent, damnatis. Capucini ritus præfatos Pontifici alio sub aspectu exposuerunt. Successores Gregorii XV. eandem controversiam ad examen revocarunt, cui ut finem imponeret Maximus Pontifex Clemens XI.

XL. Commisariatum Apostolicum ad remotissimas illas gentes destinavit D. Carolum de Tournon Patriarcham Antiochenum postea S. Romanae Ecclesiae Cardinalem in Iesuitas valde propensum. Is in Urbe Pudercheri post diturnum examen celebre decretum editit anno 1704. Malabaricos ritus, quos ut civiles Iesuitae propugnabant fide bona, tamquam superstitiosos damnavit, ut nobis narrat haec, quam explicandam suscepimus, Constitutio *Omnia sollicitudinum*. Haec liquidem occurrit n. 111. *Ut enim multa praetercausae quae retroactis temporibus hac in re acciderunt; graviores, quas invidimus, controversas, hoc ipso inveniunt saeculo emerperunt, seu potius renovatae fuerunt, quam a se. recordat Praef. N. Clem. Papa XI. missis ad eum Coronandeli appellat bo. men. Carolus Thomas ... Cardinalis Tournonis suscepimus. Is enim eo cum appropinquasset, ad instantiam vocatis nonnullis ceremoniis quae ab aliquibus Missionariis observabantur, vel permittebantur, ab aliis vero tanquam christiana pietatis spiritui minime conformes revocantur, unde discordiam, & suavisissimam disputatorem seminavit, exploratis ea quae par erat diligentia factis & circumstantiis, et re christiana esse, iisque officii partes exigere indicavit plures huiusmodi caeremonias gravi interdicto prohibere, atque damnare &c.*

V. Referitur num. iv. praefatae Constitutionis integrum Cardinalis de Tournon decretum. Caeremoniae porro, seu ritus qui hoc prohibentur decreto, hi sunt. I. Cavetur ne sacramentalia, hincantur sal, saliva, & infusions, in baptismi collatione committantur. Ab huiusmodi ritibus postissimum abhorrent Indiani isti: idcirco ne illorum ad fidem catholicam conversio impediatur eadem praeterdanea doceant Missionarii Iesuitae. Nomina alicuius Sancti in Martyrologio Romano descripti imponendum baptizatis praecipitur, idolorum nominibus reiectis. Instantium ex christiani parentibus ortorum nimia Baptismatis protractio interdicitur. II. Cavetur ne Missionarii matrimonia inter infantes lex, aut septem annorum inita prohibent; led curent efficientique ut iuxta ritum Romanae Ecclesiae legitima completa etate, eadem contrahant. Mulieribus prohibetur *Tally*, quod praefert imaginem idoli *Pulleyaris*. Nuptiae a plurimis superstitiosis ritibus purgatur. *Cocum* frangi interdictum, ut inde sponsi prosperitatis vel infortunii auspicia doceant. III. Mulieres menstruali morbo laborantes ne arcantur a Sacramentis, ab in-

gressu in Ecclesiam, ab accessu ad Confessarium interdicitur. Diris quoque devotae obsecra illa consuetudo, quae puella prima pubertatis signa cognatis & amicis offendere, solumque super re tam fordida celebrare solent. IV. *Parvis* sacramenta, & spiritualia libidina etiam in propriis domibus agrotantibus administrari praecipitur. V. Christiani ritibus prohibentur, ne in *Pagodis* idolorum tympana, ut alia instrumenta pulsent. Constitutio pontificia Gregorii XV. ad petitionem Patrum Societatis Iesu edita, quomodo intelligenda sit, explicatur. VII. *Cineres* ex delimitis fronti impingere severissime inhibet Legatus apostolicus. Quis credidisset lege opus fuisse quae a tam turpi superstitione arceretur Christiani? VIII. Regulae in librorum gentium uti servanda praecipitur. Demum declarat Cardinalis Legatus hoc suo decreto minime probare alia, si qua sunt, quae reformatione indigent, quaeque illius notitiam effugerunt.

VI. Post relatum integrum decretum apostolice Legati Constitutio Pontificia admonet, missum ab eodem Legato Romam decretum suum, quod continuo ac illud accepit Clemens XI. in Congregatione S. Officii examinandum subicere, & in omnibus servandum, exequendumque desinit, donec a Sede apostolica aliter provium fuerit. Integra Pontificia Resolutio edita anno 1707. referitur num. vi.

VII. Propugnatores cultuum damnatorum duce P. Lainez Episcopo Meliaporensi, ut semel incerta persequi consuetudines possent, evulgantur, CLEMENTEM XI. Legati decretum revocasse. Haec sunt Constitutionis nostrae verba n. viii. *Verum hanc providentiam, uberesque quos inde spes erat proventus fructus, frustratus est falsus rumor, qui paucos post annos per Indias increbuit, ipsum nempe Clementem XI. Praedecessorem & relationis decretum revocavisse, & nonnullas ex istis caeremoniis adprobasse, quas ille tanquam superstitiosas minimeque serenas postscriptur. Cui falso rumor cursum intercepturus nuntiata redderet animi sui sensu, atque impugnantibus decretorum a Patriarcha predicto editam omne positus effugium adimeret, quod a praefanda eiusdem decretis debita obedientia se subservare quomodo possent, die 1. Septembris Anni M. DCCXII. extra hi ex tabularum mandavit authenticum exemplum decreti, quod praedicta die vii. Ianuarii Anno MDCCLVI.*

ema-

emanaverat, & Superius transcriptum est, illudque Episcopo Meliaporensi transmissum iussit. Defensores caeremoniarum non modo debitum non praestiterunt decreto obedientiam, sed praeterea illud impugnant, ut aseritur in constitutione, quae ut impugnantibus decretorum a Patriarcha editorum omne effugium adimeret, confirmationem pontificiam illuc transmitti iussit.

VIII. Elapsis circiter duobus annis, Missionarii pro ritibus pugnantibus Romam venerunt, & a Pontifice Summo enixe petierunt ut censuram quae in decreto continebatur, suspensionem, unaque simul moderationem, aut penitentiam decreti interpretationem concederet. Praecepit Pontifex summus, petitionemque S. Officii Congregationi examinandam dedit. Impugnatores decreti coram illo Tribunali omnia rationum momenta, facta, circumstantias, documenta tum antiqua, tum nova, quae non exigua molis volumina, ut Constitutio nostra inquit, implebant, detulerunt, & omnia mature discussa fuerunt. Non labori, non eloquentiae, non studio, non arti pepercit decreti impugnatores, ut omnia quae damnatos cultus a superstitionis labe purgare iudicabant, purpuratorum Patrum Collegio vividius representarent. Sed cum tempus proferendi iudicii instaret, & vivis sublasset el Clemens XI. Illius Successor Innocentius XIII. hanc cognoscendo causae peculiarem Congregationem ex sapientissimis constantem viris deputavit. Hi selecti viri duos integros & amplius annos exquisita rerum indagine articulatum rem totam discussurunt. Haec dum agerent, & vivis decedit Innocentius XIII. cuique cathedram occupavit Benedictus XIII. qui, praefata Congregatione confirmata, ut ceptum examen persequerentur Patres, iussit.

IX. Tandem auditus ad fatietatem defensores rituum a Legato damnatorum, post tot, & tam diturnum, tamque accurata examina, Benedictus XIII. causa ad se advocata, apostolicas litteras in forma Brevis anno M. DCCXXVII. exeunte ad universos Episcopos, & Missionarios Regnorum Madrensis, Maylurensis, & Caratensis dedit, quibus, ut narratur in hac Pontificia Constitutione num. xi. praedicti Caroli Thomae Cardinalis Tournoni decretum confirmavit, observandumque praecipit. Litterae confirmantes Legati decretum integre describuntur num. xii.

X. Auditi Legati pontifici decreto, quo ritus Malabarici prohibentur: auribus

excepti Clementem XI. decretum istud confirmantem. Auditi rursus hunc ipsam Pontificem levatum super hoc decreto examen Innocentium XIII. & Benedictum XII. hanc ipsam causam ad incidendum, & levioresque curas revocantes. Auditi tandem decretum Legati, quod Clemens XI. anno M. DCCVI. iterumque anno M. DCCXII. confirmaverat, a BENEDICTO XIII. denovo roboratum, munim, confirmatumque anno M. DCCXXVII.

XI. Haec cum ita se habeant, cuinam in mentem venire posset, oppugnatores decreti Cardinalis de Tournon rursus adversus tot Summorum Pontificum repetitis eiusdem decreti confirmationes cervicibus erectis, denouque institutos fore pro causae revisione? Nemo sane inducere posset, inquit, animum posset, inquit, At falleret mirum in modum. Defensores rituum nihil de nova Pontifici confirmatione se audivisse asserant. Haec insolitum eos qui causa cadunt, iudicis tententiae aures occludere. Sed quis hanc novam, & obscuratamque inobedientiam narrat, ut fides adhibeatur? Antequam auctorem narrationis prodo, illud in memoriam revocandum, distinguendum nempe esse Malabaricos Missionarios Iesuitas ab Iesuitis Europaeis. Abiit ut pravorum quorundam inobedientiam inelytae Societati universe adiciaris, ut alias te admonui, & admonere sapies interet.

XII. Porro quae haecenus narravi, ex hac ipsa BENEDICTI XIV. Constitutione haulta sunt. Verba transcriptio pontificiae Constitutionis ex Num. XIII. *Tantum vero absint, ut qui pro ritibus eo decreto damnatis pugnant, hinc NOVÆ eiusdem decreti confirmationi acquiescerent, quin potius anno MDCCXXII. Praedecessori Nostro Clementi Papae XII. in Benedicti locum subrogato declaraverint se nihil de nova declaratione audivisse, neque aliquid quod ad eam spectaret, Episcopis, & Missionariis Indiarum fuisse legitime denuntiavit: ideoque enixis precibus, ut eo possiderent ut non obstante Benedicti XIII. dispositione, derogaretur hanc eandem causam de novo S. Officii Congregationi examini, & cognitioni subicere.*

XIII. Finita causa erat: Sedique Romanae evulgata definitiva, & absolutaque sententia. Nolle itaque acquiescere crimen non leve praefert. Quid crimen obrudis? An non licet ad suum legitimum, supremumque Iudicem bis, ter, & quoties placuerit, recurrere?

res? Inobedientes ne, & refractarii habendi qui ad suum iudicem confugunt? Minime gentium, si recursum non eo spectat ut latam legem eludat, si recursum cavillatorius non sit, sed ingenium. Viginti & octo anni iam a lato decreto Cardinalis de Tournon effugerant: ad eundem decreti confirmationem facta a Clemente XL viginti sex; a repetita confirmatione eiusdem Clementis viginti: ab ultima confirmatione Benedicti, quinque. Quid? In tanto annorum intervallo, post exhibitam sub tot Pontificibus tam ingentia documentorum volumina, post toties repetitam qua voce, qua scripto proptiarum rationum expositione, adhuc novum causam polulari? Qui post hec omnia rursus appellant, rursus ad Tribunal recurrit, interminabiles lites volunt, ut legum observantiam declinent. In hoc quippe tanto annorum cursu executioni ne mandatum fuit Legati decretum toties confirmatum? Absinuerunt ne Missionarii a cultibus tamquam superstitiosis proscriptis? Nequaquam. Non a lo ergo huiusmodi recursum spectat, nisi ut ad Kalendas Græcæ causa protrahatur, & superstitiosæ corruptelæ stent, & dominentur. Hac opponant Missionarii qui observantiam decretorum Romanæ Sedis adversus superstitionem pugnant. Nihilominus de novo audiendus Rituum Malabarorum defensores expedire iudicavit Clemens XII. ut clementia rediret nostra. Hæc omnia nobis perhibet Constitutio nostra laudato Num. XIII. Et quænam, aliis eorum partium Missionarii causam fidentiam esse, & in rem iudicandam abesse reputantibus, seu excipientibus, non desissent qui postulatis haud annuendum esse crederent, itque adfuerunt: at tamen idem Pontifex Clemens XII. preces admittendas existimavit, declaravitque in causis posse procedi.

XIV. Duorum annorum spatio rursus causa dipiscitur in Congregatione S. Officii, & post maturum examen, decretum Cardinalis de Tournon a tot Pontificibus confirmatum, iterum munitur, & roboratur, nonnullis declaratione, moderatèque particulis. Apostolicæ Littere in forma Brevis, date anno MDCCXXXIV. quibus XVI. dubia resolvuntur huius Constitutionis insertæ sunt. Brevitatis causa dubiorum resolutiones prætereo, cum legi possint in Constitutione infra referenda. Id solum recorder, Clementem XII. sub Litterarum suarum finem, Missionarios per viscerà misericordiæ Dei obsecrari, ut, contravertis iam remotis, exactæque decretorum ob-

servantia servata, studia, & labores in animarum salutem conferant.

XV. Videte mihi videor te, lector, animos fumere, grateque superno agere Nunium, quod non tam diuturnam molestemque controversiæ finis impositus sit, quam quod rituum toties proscriptorum deletores tandem aliquando manus vitæ deleverint, ultimoque preceptorio iudicio fide plene submissent. Tam factus eventus Romæ sperabatur, ut Pontificia nostra Constitutio his verbis retatur Num. XV. „Post diuturnam, accuratamque factorum, atque rationum, in utramque partem disceptationem, & post tam solemne denique causæ iudicium, in magna spem venerat apostolica Sedes, non secus ac Romæ litibus suis erat impositus, ita & in Indiis tandem aliquando, ad ob discordiis, abulibusque cessatum iri: cum præsertim qui decretum impugnaverunt, sive illius aequitate cognita, sive moderationibus, declarationibus, & relaxationibus iam impetratis satis sibi factum existimantes non solum æquo animo illud recepissent, sed fidem quoque suam obligassent, se omnino operam daturus ut quæcumque in literis apostolicis essent præscripta, integre executioni mandarentur. Hæc accesserat quod apostolicæ Sedis, non fama solum, sed certis gravissimisque testimoniis allatum erat, publicatas iam fuisse pontificias litteras, & subscriptas ab omnibus Missionariis, & mutuum inter partes perfectæ communionis, atque concordie vinculum redintegratum, quod multis annis non sine ingenti Missionum damno inter illas fuerat interruptum.“

XVI. Audivisti intentis auribus concipiendæ faulsi eventus spei rationum momenta. Audias nunc oportet funelis exitus nuntium. A quonam? Ab ipsa Constitutione, in qua non. XV. hæc habentur. At tam sollemnibus initiis conceptum gaudium statim evenit. Tristissimus siquidem ventus, quam citissime Sedi apostolicæ allatus est, Missionarios scilicet qui Cardinalis Tournonis decretum impugnavant, non obstantibus CLEMENTIS XII. Litteris apostolicis solemnibus formula abris acceptis, publicatisque, damnatos tamen ritus, ac ceremonias iuxta eorundem litterarum præscriptum minime abolere posse causas, tantum sibi licentia sonare ut eas usque adhuc usu permittere, & retinere non dubitarent. Heinc luculenter liquet, quo repetite appellationes, & multiplicati recursum ad supremum Tribunal pertineant. Nihil intentatum negli-

gitur

gitur ut iudicia protrahantur: ut aliqua interreferat conditio, ex qua arripere anxia possit vitiligandi, appellandi, efficiendique ut æternum controversia ferreat, quia, lite vigen-te, cultus proscripti possessionis iurare potunt. Quod si sublati cavillis, tergiverlatio-nibus, atquebulque, Iudex Supremus ultimam definitivamque lententiam solemnè ritu roget, tum fieri nequit, inquit, ut sententia executioni demandetur: superstitiosus cultus aboleri nequeat. *Damnatos tamen ritus de ceremoniis iuxta eorundem litterarum præscriptum minime abolere posse causantur.* Tamen ne pastoralis sollicitudinis quidquam negligeret Clemens XII. quod refractarios decretorum observantia subiceret, præceptum iteravit gravioribus etiam penis impositis. Litteræ pontificiæ ad Episcopos & Missionarios eorum regionum data anno MDCCXXXIX. insertæ sunt nostræ Constitutioni apostolicæ Num. XVI. Quin continuo alias apostolicas Litteras ad illarum regionum Episcopos dedit Clemens XII. quibus eorundem zelum, & religionem allicere curavit, ut exemplo suo præcætes alios ad obedientiam excitarent. Etiam Litteræ istæ præfatæ apostolicæ Constitutioni insertæ sunt Num. XVII.

XVII. Superiores quoque generales Missionariorum ornat Clemens XII. eorum præsertim qui, ut apostolicæ Sedis relatum erat, de-rebant adhuc (inquit pontificia Constitutio Num. XIX.) obsequentes animi erga eundem Sedis mandata, certa argumenta exhibere, ut pro viribus subditos suos ad debitam præstandam obedientiam adigant, cogantque pœnantem etiam severitate adiecia. Mandatis paruerunt tum Episcopi, tum Missionarii Regionum Madurensis, Mayfuriensis, & Carnatensis, & præsertim qui pridem contra Cardinalis Tournonis decretum steterant, sacramento interposito, abolitum Litterarum apostolicarum observantiam promiserunt, ut narrat Constitutio nostra Num. XX.

XVIII. Conquerantur nonnulli, se perperam accusatos esse, quod literis apostolicis contemptum, exploratumque minime paruisse. Iure, an iniuria factum id fuerit, ex his que Constitutio apostolica refert Num. XXVI. palam fiet. Hi tamen qui non refractarii, sed obloquentes haberi volunt, clamant, se se in extremas animi angustias esse coniectos, ob iurisjurandi religionem, ob excommunicationis periculum, aliasque gravissimas penas, quibus inobediens legitè regnantibus inevitabili nexu obligati sunt. Præscriptum instrumentum abstinendi imperium a supersti-

tiosis ritibus onus gravissimum, intolerandumque appellat; idcirco, ut aboleatur, & minime orant. Similiter ut dispensatio super omissione Sacramentalium salva, & iniustificationis prorogatur, articuloque assistendi Patris explicetur, rogant. Et quod ad Patres attinet, decretum Cardinalis de Tournon neque post promulgatas apostolicas litteras contemptum exploratumque observant, obtentu verbalibus civium declarationibus ab ipso Clemente XII. factæ. Quare non temere refractarii nuncupabantur. Cum Romæ decreti Tournonici, in Indiarum universis, & opera Regis Lusitani Episcopos Malayapuri factus dictum verba verba oraculum parit. De illo oraculo habebatur in Constitutione apostolicæ Num. XXVI. *Umore itaque ad nos allato de huiusmodi verbalibus declarationibus, que Clementi Papæ XII. Prædecessori nostro tribuebantur, & cuius etiam exemplum, monumentumque in Actis, & Tabulario Sanctæ Inquisitionis relatum fuisse, atque recedendum ferebant, exemplum, monumentumque huiusmodi diligentissime exquisivi mandavimus. Cumque illud nusquam inventum sit, longa licet, atque exactissima indagine investigatum, cum etiam administris, quorum iustitias mandandum fuerat, ea de re per nos ipsos interrogati, nihil huiusmodi se visum, nihil auditum fuisse, & nunquam ad se pervenisse prædictam Declarationem, proptereaque & in Actis, & in Archivo desiderari constanter, & indubitate affirmaverint: cum denique ipsius Prædecessoris ea de re mentem, atque sententiam in Apostolicis eius Litteris supra relatis, lucè ipsa clarè expressam exploratamque haberemus: ratum hoc gravissimum & inextinguibile negotium ... tandem iudicare, ac definire deliberavimus.*

XIX. Mirum est homines tanta instruetione fronte repositos fuisse, qui impolitus adeo solemnes, & Sedi apostolicæ adeo perniciosas censuras, & disseminare in vulgus ausi fuerint. Quid? Pontifex Summus sua lege typis editæ, atque universo christiano populo promulgata peripete rem aliquam vetat, ex occulto verbali oraculo rem oppositam concedit, approbat? Lege ergo scripta populum decipit, & privato oraculo huic, ut illi veritatem patefact? Si lex evulgata veritatem & honestatem servandam præcipit; oraculum verba errorem, malitiamque præscribit: aut contra. Tanto maior discrimini Romanam Sedem, quantum per eos licet, exponunt oraculorum verbalium confectores. Et tamen nec nova, nec rara est hæc intin-

